



Samelbd.

0/0

die,





**F**estum fa  
 mihi uic  
 nent, b  
 riti, no  
 ipsi, qui nihil  
 in memoriam  
 rint, quantis c  
 gum esset. Id  
 firmatam esse  
 peratorem, cap  
 ma hujus nego  
 ad Mcenum po  
 rii se instituitur  
 gionem Euang  
 illo, quod instit  
 irritam fore  
 b  
 c, pax religiosa

berge 132. ment. Jul. conclusa, quam uero  
 computare nolui.

ita-  
 di portatam, cum reliquis suis immu-  
 nento, capitulis uero & aliis lociat-  
 dentem, beneficia sua, redituque illo-  
 pum, Episcopum, Praelatum, aut alium  
 quas dixerimus religionibus profectur,  
 de turbandos, pertinere autem pacem  
 Contra, nec Romano-Catholicos in  
 dio religionum componendo non aliis  
 ligionis cuius est haec confessio exerci-  
 augustinæ Confessionis additum, cam  
 scopum praesentem pertinent præci-  
 ugnatam  
 affirmata.  
 ligiosa, & Receptu Imperii Anni 1555.  
 it nouis moribus res ipsas germanica  
 mos eorum sibi deuiniret, alias, cum  
 bellendos hos hostes a Protestantibus  
 in elector hoc potissimum Argumen-  
 inuit, occasionem praecipue præbente  
 his electoribus & Principibus pacem  
 tantum debent religio purior, bonæ  
 ustantis est sequuta. Debetur ea im-  
 ustantis armorum cellante, inter quæ trans-









**F**estum sæculare pacis religioſæ indicaturus, non alienum à propoſito facere mihi uideor, ſi quæ ad hiftoriam & reliquas conditiones hujus pacis pertinent, breuiter repetam. Quo labore, etſi carere poſſent harum rerum periti, non defore tamen exiſtimo plures, quibus prodeſſe ille poſſit, illiſque ipſis, qui nihil noui hic addiſcent, non ingratum fore iudico, tam illuſtres euentus in memoriam ſibi reuocari. Quæ religionem puriorem amplexis perpetienda fuerint, quantis conatibus aduerſarij illis obſtiterint, inde ab initio hic referre longum eſſet. Id ſuffecerit, confeſſentiarum, verique docendi libertatem primum a) firmatam eſſe Paſſauii anno 1552. cum Mauritius Saxonie Elektor, Carolum V. Imperatorem, captiuos Principes ſine cauſa detinentem felici bello perſequeretur. Prima hujus negotij fundamenta jacta ſunt Auguſti die 2. in caſtris prope Francofurtum ad Mœnum poſitis. Promiſit tunc Imperator, elapſo anno dimidio, comitia imperij ſe inſtituturum, pacemque religioſam confirmaturum, interea libere doceri religionem Euangelicam permiſit. Spes erat, aut ſaltem ſpem eſſe credebatur, generali illo, quod inſtitui debebat colloquio, diſſidia religionis componi omnino poſſe, quam irritam fore, qui diſſidiorum cauſas norant, præuidere facile poterant. Ea autem pax religioſa, cujus ſæculum ſecundum jam celebramus tribus annis poſt, Mauritio rebus humanis erepto, ſicque omni ui metuque armorum ceſſante, inter quæ transactio Paſſauienſis concluſa erat, in comitijs Auguſtanis eſt ſequuta. Debetur ea imprimis magno Saxonie Elektori Auguſto, cui tantum debent religio purior, bonæ literæ, patria noſtra. Is enim adſiſtentibus alijs electoribus & Principibus pacem hanc, in tranſactione Paſſauienſi promiſſam obtinuit, ocaſionem præcipue præbente Turcarum in Hungariam incurſu. Urſit enim elector hoc poſſimum Argumentum Regi Ferdinando inſigne auxilium ad repellendos hos hoſtes a Proteſtantibus Germanis acceſſurum, ſi hæc pace religioſa animos eorum ſibi deuinceret, alias, cum religionem ſuam non eſſent dereliſturi, fore ut nouis moribus res ipſius germanici imperij implicentur. Ita concluſa fuit pax religioſa, & Receſſu Imperij Anni 1555. Septembris die 25. Auguſtæ Vindelicorum conſirmata.

Contenta hujus pacis religioſæ, quæ ad ſcopum præſentem pertinent præcipua hæc ſunt: Ne quis ſtatus Imperij, alium Auguſtanæ Confeſſioni addiſctum, eam ob cauſam bello inuadat, aut alijs medijs religionis cujus eſt hæc confeſſio exercitium imminuere aut abolere tentet, & de diſſidio religionum componendo non alijs quam Chriſtianiſ & amicis medijs cogitetur. Contra, nec Romano-Catholicos in ſuæ religionis exercitio ullo modo uiolento eſſe turbandos, pertinere autem pacem hanc ſaltem ad eos, qui alterutram ex duabus quas diximus religionibus proſentur, alios, diuerſa ſentientes excludi. Archiepiſcopum, Epicoſcopum, Prælatum, aut alium Clericum, a religione Romano-Catholica ſecedentem, beneficia ſua, reditusque illorum amittere, nullo tamen honore ſui detrimento, capitulis uero & alijs ſocietatibus religioſis, nouum qui ipſis præſit, eligendi poteſtatem, cum reliquis ſuis immunita-

a) Equidem antiquior adhuc eſt pax religioſa Noriberge 1532. menſ. Jul. concluſa, quam uero cum bella inſequuta omnino turbauerint, hic computare nolui.



culare pacis religiosæ indicaturus, non alienum à proposito facere  
leor, si quæ ad historiam & reliquas conditiones hujus pacis perti-  
reuter repetam. Quo labore, etsi carere possent harum rerum pe-  
n defore tamen existimo plures, quibus prodesse ille possit, illisque  
novi hic addiscent, non ingratum fore judico, tam illustres euentus  
ibi reuocari. Quæ religionem puriorem amplexis perpetienda fue-  
onantibus aduersarii illis obstiterint, inde ab initio hic recensere lon-  
suffecerit, conscientiarum, verique docendi libertatem primum a)  
passaui anno 1552. cum Mauritius Saxoniae Elector, Carolum V. Im-  
tios Principes sine causa detinentem felici bello persequeretur. Pri-  
ii fundamenta jacta sunt Augusti die 2. in castris prope Francofurtum  
fitis. Promisit tunc Imperator, elapso anno dimidio, comitia impe-  
am, pacemque religiosam confirmaturum, interea libere doceri reli-  
licam permisit. Spes erat, aut saltem spem esse credebatur, generali  
i debebat colloquio, dissidia religionis componi omnino posse, quam  
ui diffidiorum causas norant, præuidere facile poterant. Eâ autem  
ujus sæculum secundum jam celebramus tribus annis post, Mauritio





nitatibus, liberam relinqui. Monasteria & alia bona olim ecclesiastica, jam aliis usibus applicata, in eo statu in quo in presenti sunt, manere, nisi transactionis Pafsauiensis tempore ecclesiastica fuerint. In rebus ad religionem pertinentibus, a superioribus Romano-Catholicis, in subditos Confessioni Augustanae addictos, jurisdictionem exerceri nullam; in iis tamen quae ad religionem cultumque diuinum non pertinent, ut in redditibus exsoluendis, aliisque iuribus, parere subditos Euangelicos superioribus Romano-Catholicis. Dissidia per arbitros componi debere; statum nullum, alium, uel ejus subditos, ad religionem suam cogere debere aut contra superiores suos tueri. Emigrandi libertatem subditis religionis causa esse concedendam.

Hoc igitur fundamentum nititur religionum in Imperio Romano-Germanico toleratarum mutua securitas, adeoque sequentibus imperii sanctionibus, eadem pax saepius confirmata est. Vt, in Reffessu Imperii Ratisponensi anni **CIOIOLVII. §. 69.** item in Augustano anni **CIOIO LXVI. §. 1.** & in Ratisponensi anni **CIOIO CXXXI. §. 15.** imprimis uero in Instrumento pacis Onabrugenfis Artic. V. §. 1. Frustra igitur Romano-Catholicorum quidam, uim ejus impugnare adnisi sunt, argumentis sane non fortioribus, quam quibus ipsam pacem Westphalicam adgressus est Papa, dum bullam ei opposuit. Contra non solum certum est, de iis quae ad commune bonum, singulorumue utilitatem pertinent, status imperii, prout e re ipsis uiderur, pacisci posse, sed firmam illibatamque persisteri hanc pacem, ipsorum Romano-Catholicorum interest, quorum securitati non minus illa cauet. Taceo jam, inesse paci articulum, quem Rex Ferdinandus, auctoritate sua usus, non omnino consentientibus statibus Protestantibus inseruit, eum scilicet, qui episcopo aut alii clerico emolumenta, quae hucusque possedit, abjudicat. Compescuit uero hac pace Germania bella, quibus ob religionem dissidiis uastata hucusque fuerat, felix nisi tricennale postea exarsisset; & exoptata illa quies quae paci huic debetur, nouum ejus sollicitate obseruanda argumentum est, quod egregie monuit Jurisconsultus pereruditus Romano-Catholicus, qui *Principia Iuris Publici Ecclesiastici catholicorum ad statum Germania accommodata*, Francof. ad Mœn. 1748. 4<sup>to</sup> edidit, ubi Cap. XIV. ait: necessitatem Pacis, ex temporum angustiiis aestimandam, expertos nouisse Caesarem & status catholicos, melius quam extra tempestatem constitutos.

Quo magis mirum est, debacchari adeo in hanc pacem potuisse Benedictini Ordinis Monachum quendam, ceterum non ineruditum, nomine Oliuerium Legipont, cujus prodit anno hujus saeculi quadragesimo sexto, *Monasticum Mogunrianum, sive succincta ueterum Monasteriorum in Archi-Episcopatu Mogunrino uicinisque partibus partim extantium, partim suppressorum, uel in usus promiscuos conuersorum notitia &c.* cujus libri scopum ipse in praefatione indicat, insigare scilicet Romano-Catholicos, ut bona olim ecclesiastica, quae jam a protestantibus aliis usibus applicata sunt, pristinae destinationi reddere rursus laborent; Cui ferali consilio cum pacem quam diximus, & deinde Westphalicam etiam, obstare uideat, inualida esse haec omnia, ait, ut quae non solum dissentiente Papa facta fuerint, sed & adhuc quorannis Romae publica solemnitate condemnentur, cum Papa die uiridium quotannis in haeticos eorumque fautores anathema uibret. Possit autem Papam in principes & Reges jus dicere, lepido argumento probat, quoniam scilicet de iis dictum sit Petro ut de reliquis: *Pasce oues meas.* Praeterea Imperatorem singulari uinculo obstringi, cum ei ueram obedientiam juret, spondeatque se protectorem atque defensorem fore Sacrae Rom. Ecclesiae; & quae alia sunt, quibus belli facem denuo incendere satagit. Monachus hic, merito ut quietis publicae turbator, uel illorum qui ejus religioni addicti sunt sapientioribus exosus. Neque enim uel inter Romano-Catholicos amplius obtinet illa superstitio, quae Regibus & Principibus imperandi potestatem olim episcopo Romano concessit, postquam tot tantique hujus potestatis abusus luculenter ostendere, non posse ex sancto diuinoque fluere hanc potestatem, quae mala innumera, & rerumpublicarum perniciem produxit. Contra, cum doceri & persuaderi animos de religione deceat, non ad illam cogi sacrum sanctumque nobis

fit



fit illud pacis religioſæ palladium. Ejus ſæcularem memoriam ante hos centum annos primum celebravit Saxonie Elector Ioannes Georgius I. Solemnia feſti ejus ſingulari libro enarrauit Io. Erhardus Kappius, Eloquentiæ apud Lipſienſes Profeſſor celeberrimus b) & transactionem Paſſanenſem ipſamque pacem religioſam ſubjecit, exhibito etiam numo, quem in feſti memoriam cudi Elector pius, felix, juſſit. Noſtrum jam eſt ſecundo a concluſa pace elapſo ſæculo memoriam ejus pia mente recolere, *Deo pacis*, pro hoc etiam ejus beneficio gratias agere, ne illo indignos nos reddamus; omni opera allaborare, & ut eodem una cum religione puriori ſeri nepotes fruantur, precari.

Hujus officii admonuit etiam nos Regis noſtri Potentiſſimi mandatum, cui obedienciam debitam præſtituri, futura die 30. Septembris, 1755. pacis religioſæ memoriam in Lyceo noſtro recolemus Orationibus duabus hora 9. ante meridiem.

Probabit enim

Vir Clariff. Dom. M. **IOANNES GOTTLIEB CLEMENT**,

Lycei noſtri Conrektor digniſſimus,

Jubilæa vera & jucundiſſima comparare animi jübila, &

Vir Clariff. Dom. **HENRIC. JVLIVS CHRISTIAN. FRITSCH**,

Subrektor meritiſſimus, dicet

de Triumpho veritatis medias inter perfecutiones.

Gymnaſii vero noſtri fautores, urbis proceres & omnes qui bene nobis cupiunt, inuitatos humaniſſime uolumus, ut nobiſcum diuini muneris memoriam celebrent, ſimul animum ſuum erga nos præſentia ſua teſtentur.

b) Freudiges Andenken des den 25. Sept. 1655. im Churfürſtenthum Sachſen und anderwärts gefeyerten Religions-Friedens-Jubel-Feſtes, Leipz. 1754. 8.



religiosae palladium. Eius saecularem memoriam ante hos centum  
m celebravit Saxoniae Elector Ioannes Georgius I. Solemnia festi ejus  
o enarravit Io. Erhardus Kappius, Eloquentiae apud Lipsienses Professor  
b) & transactionem Passlauensem ipsamque pacem religiosam sub-  
o etiam numo, quem in festi memoriam cudi Elector pius, felix, iussit.  
est secundo a conclusa pace elapso saeculo memoriam ejus pia mente  
o pacis, pro hoc etiam ejus beneficio gratias agere, ne illo indignos  
s, omni opera allaborare; & ut eodem una cum religione puriori feri  
atur, precari.

officii admonuit etiam nos Regis nostri Potentissimi mandatum, cui  
debitam praestituri, futura die 30. Septembris, 1755. pacis religiosae me-  
ycco nostro recolemus Orationibus duabus hora 9. ante meridiem.

obabit enim

riff. Dom. M. **IOANNES GOTTLIEB CLEMENT,**

Lycei nostri Conrector dignissimus,  
ea uera & jucundissima comparare animi iubila, &

HT. Dom. **HENRIC. IVLIVS CHRISTIAN. FRITSCH,**

Subrector meritissimus, dicer  
triumpho veritatis medias inter persecutiones.

li vero nostri fautores, urbis proceres & omnes qui bene nobis cu-  
os humanissime uolumus, ut nobiscum diuini muneris memoriam cele-  
minum suam erga nos praesentia sua testentur.

ndenken des den 25. Sept. 1655. im Churfürstenthum Sachsen und anderwey  
Religions-Friedens Jubel-Fests, Leipz. 1754. 8.



AB: 155056

VD 18

ULB Halle 3  
003 085 112




TA → SL  
Nov 75 fkt 1

R

VD 17







PACE R

ANTE HOS D

QVAEI

SIMVL FESTVI

IN LYCEO

CEL

HVMANI

M. IOANNES FRID

LYCEI TORO

LITERIS PE



OSA

SOS

NSI

RVS

